



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Occiones particulares quorundam peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

augeat, corporis macerationem subeat aliquā, quodque prēcipuum est, ut frequenter confiteatur, aliaque similia, quæ si pœnitens recipiat in se, poterit absolvi.

Contra verò si ab illa diligentia, quam vel ille, vel alius Confessarius iamdiu adhibuit, non se emendauerit, non absoluatur, donec impedimentum sustulerit, vel nisi quid aliud à nobis acceperit, quod conuenire videatur, ad quos in tali negotio recurret, ut factum nobiscum expendat, ita tamen, ut nulla fiat mentio peccantis.

Occasiones particulares quorundam peccatorum.

Alterius generis occasiones, quæ videlicet ex conditione peccantium sumuntur, ea facta sunt, quæ etiam si per se licent, tamen probabilitatemmetur, ne is qui confiteretur, in eadem ipsa, quæ olim admisit, peccata relapsurus sit; si in eisdem operibus, in quibus antea versatus est, perseueret: tales ob mundi corruptelam plurimi solent in castris esse, mercaturam sequi, Magistratus obire, Aduocati, & Procuratoris officia exercere, aliaque id genus; quæ dum quis tractat, fit sàpè, ut vocibus blasphemis, furtis, iniustitia, calumnijs, odijs, fraudibus, periurijs, & alijjs eiusdem farinæ sceleribus, quibus Deus offenditur, tantam sibi eorum consuetudinem asciuerit, ut coniectari liceat, si in eisdem officijs maneat, cum se rursus eadem illæ oblaturæ sint occasiones, quod fortiorum animum ad resistendum peccatis non opponet, quām hactenus fecerit: quodque inde sequitur, in idem lutum ex integrō

egre prelabetur: Omnes qui sunt huiusmodi,
secundum B. Augustinum, cap. Consideret de-
penit. dist. s. sumptum ex lib. de vera & falsa paen.
ca. 14. ¶ 15. qui est inter opera Aug. vel negotium
ipsis periculosū deponant, vel saltē absq; licentia
& obedientia pīj ac probati Sacerdotis nō exer-
ceant: qui quidē hominem eo modo constitutū
absoluere non debet. si existimat ad eadem pec-
cata redditurum, quamdiu in antiqua occasione
perseuerat: sed æquum est, ut vitæ emendatio,
& quædam illius approbatio per temporis inter-
vallum expectetur. Atqui hic vigilandum est eō
diligentius, quod manifestum est hac in parte
Confessarios incuria sua maximam præbere
causam, cur in omnibus fere opificijs, & exer-
citationibus publicis peccata grauissima inue-
niantur, & abusus intolerabiles, sine quibus
multi hodie existimant, nec res etiam per se æ-
quissimas recte exerceri posse.

Exempli gratia, in Magistratu adeundo, &
alijs officijs assumendis, multa iuramenta repe-
tiuntur, quæ scrupuli debeant; quæ tamen post-
ea non seruantur.

Inter Consiliarios, Aduocatos, Procuratores,
clientum perniciei ac damnis incumbitur, con-
tra id, quod propria conscientia dictat faciendū.

Idem sit in bello, vbi duellis locus datur, vbi
odijs, homicidijs, plena sunt omnia. Inter lu-
dendum maledicta vigent, rapinæ, quæstus me-
tetricij. Apud mercatores hæc regnant: vñuræ,
mercium fraudes, cùm vel eas miscet, vel malas
pro bonis in manum porrigunt; multoque plu-
ris quam pretium iustum est, eas distrahunt; nec
desunt

desunt peritia, mendacia, vextigalium fraudulentia auersio, aliaque eius ordinis permulta.

Plerique et pifices festis æquè, ac profanis diebus ita occupantur, ut nunquam neq. cultui diuino vacent, neque conciones frequentent, nec se solum, sed ad similem modum totam distentam familiam habeant.

Quam ob rem magno numero inueniet Confessarius inter eos, qui talia exerceant, omnem vitam ferè in peccatis mortalibus duxisse, qui quidem absolutionis capaces existimari non debent, nisi diligentia prius accedat, qua simul & ab inuolucris huiusmodi liberentur, & fortiores contra peccatum reddantur.

Plurimi nunquam ut oportet sunt confessi.

Quod si Confessarius posuerit maiorem industriam in ijs examinandis, non dubium est, quin plures deprehendet, qui nunquam, ut oportuit Sacramento Pœnitentiæ peccata sua expiarint. quod cum fuerit ab eo animaduersum, ostendat eis præterquam, quod de emendatione maiorem probationem facere debebunt, vel opificij genus in quo sunt, deserere, etiam totius vitæ confessionem instituere, ac studio vehementi in salutem suam incumbere tenebuntur,

Officia quæ relinquenda pœnitenti.

Multò magis Confessarius circa ea officiorum, actionumque discrimina extirpanda adlaborare debet, quæ nullam vel necessitatem Rei. pub. vel utilitatem secum ferunt; quæ quamvis ex priori ordine rerum non sit (illæ enim per se ad peccatum mortale inducunt, ac propterea necessario à quouis homine quocumque in statute re-